



Occasionalia VI-183
potissimum Carmina
vol. 25
P-V

VI-183-

120
SYMBOLA GRATVLATORIA,
QVIBVS

V I R O

NOBILISSIMO, CLARISSIMO, PRAESTAN-
TISSIMOQVE

D O M I N O

CHRISTIANO
CAROLO
STEMPELIO,

MISENA MISNICO

DOCTORI PHILOSOPHO,

A

DECANO SPECTABILI

GEORG. GVILELMO KIRCHMAYERO

GRAECAR. LITERAR. P. P. CELEBERRIMO,

VITEMBERGAE d. 30. APRIL. MDCCX

PVBLICE RENVNCIATO,

APPLAVDEBANT

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS

PROFESSORES

VITEMBERGAE

PRELO KREVSIGIANO.



Urpureis veluti collucent floribus agri,
Canaque gemmato gramine prata
virent.

Gloria Pierio sic floret parta labore,
Cumque nouo crescit nomen ho-
nore nouum.

Gratulandi officio ex animo perfunctus est

Io. Gothofredus Bergerus,
Acad. ProRector.

Quando puella fauens hoc tempore nectit amico,
Serta manu docti non inimica, proco.

En! Tibi Musarum grex omni laude coruscans
Serta manu prompta dat pretiosa Tibi.

Caſpar Loefcherus, D.
Superint. General.

Macte Tuis studiis! nunquam est frustrata la-
borem

Spes, veniunt celeri praemia certa pede.
Et Tibi nunc veniunt: meritos cape frontis honores,
Quos capiti vouit LEVCORIS Alma Tuo.

Gloria Te stimulet: sic post maiora capeſſes
Praemia, sic fies Tu decus omne Tuis.

Nobilissimo, ſibiſque commendatiſſimo Iuveni honores pridem
meritos toto peſtore gratulaturus
dabat.

Gottlieb Wernsdorſius, D.

Quanta Tuis studiis, STEMPELI, praemia,
DOCTE,

Perdoctis veniant, laurea docta docet.

Stempelio ſuo, et literis, et bonis moribus exculto,
animo gratulabundo ſcripſit.

D, Io. Henr. Feuſtkingius, P. P.
et Conſiſtorialis.

Benedictio

Benedictio Paterna

DVm Tuus in coelis victo Pater orbe triumphat,
Votorum summam, quam Tibi liquit, habes:

Sis pius et felix Fili! vox fausta sonabat,

Experiare dum, quid mea vota queant!

Haec rata sunt tenus hac, credo quoque porro futura.

Vota Patris votum quae superare queant.

Sic Patris votis benedictum iuber esse Stempelium suum
amantissimum, eiusque honoribus applaudit

Martinus Chladenius, D. P. P.

Compositi mores, lat magna scientia multae
Artis, perdulci voxque referta sono.

Haec sunt, STEPELI, quae nobis se Tua virtus

Commendat, reddit consimilemque Patri.

Accipe non fessi studii nunc omine fausto

Praemia, quae gignant tempore plura breui.

Io. Henr. Bergerus, D.

Ordinarius.

Leuoris alma Tuis meritis quos reddit honores,
Gratulor, et, capias gaudia multa, precor.

Calp. Henr. Horn, D.

Accipe, pro meritis dudum virtutis honores,
Surgere que tandem cellus ad astra queas.

Hos ego sincero Tibi pectore grator, AMANDE,

Dentque Tibi semper commoda quaeque precor.

Georg. Guilelm. Kirchmaierus, P. P.

h. t. Ordin. Philof. Decanus.

Quem

QVem genuit Pallas, facer informavit Apollo,
Huic donat merita laudis honore frui.
STEMPELIO tribuunt Musae nunc praemia digna,
Dum Sophiae mitra tempora condecorant.
Gratulor ergo Tibi, mentemque in vota resoluo,
Vt patria, et generi commoda multa feras.

CLAR. DN. STEMPELIO Philosophiae Doctori recens creato
honorum accessiones animitus gratulaturus scrib.

Io. Christoph. Wichmannshausen;
LL. OO. P. P.

Quo magis in luce est posita, et splendore co-
rulcat

STEMPELII virtus hoc celebranda magis:
Atque ego sponte mea Summos nunc grator ho-
nores,

Quos novi oblatos promeritosque diu.

Henr. Klausing', SS. Theol. D.
et Moral. P. P.

ACcipe, Pierios, Tibi quos nunc spondet honores,
Virtus, amplifices auguriisque bonis

Summos in Philosophia honores ex animo
faustos esse comprecatur

A. Brendelius, P. P.



Ang. II 183

KD 18
KD 17



720

SYMBOLA GRATVLATORIA,

QVIBVS

I R O

ELARISSIMO, PRAESTAN-
SSIMOQVE

M I N O

STIANO

ROLO

MPELIO,

SENA MISNICO

L PHILOSOPHO,

ANO SPECTABILI

ELMO KIRCHMAYERO

TERAR. P. P. CELEBERRIMO,

RGAE d. 30. APRIL. MDCCX

ICE RENVNCIATO,

APPLAVDEBANT

AE VITEMBERGENSIS

OFESSORES

VITEMBERGAE

PRELO KREVSIGIANO.

